



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate  
Libri Septem**

**Scardeone, Bernardino**

**Venetiis, 1542**

In incestuosas uestales, qua poena afficerentur, quu[m] post  
p[ro]fessionem uirginitas, redderentur incestae ca. viii

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30433**

phlegetontis inferni. Vocaris insuper paradisus : uide  
 quæso ne sit in ea arbor letalis , et dolosa, de qua antis <sup>Ibidem</sup>  
 qui serpentis te calliditas astuta decipiat: ut gustata inde  
 uetiti mali dulcedine, similis Euæ pereas, atq; incurras  
 simul cum illa maledictionem, ut & tu in doloribus pa-  
 rias. Cæterum quum super omnia appelliteris sponsa  
 domini dilecta : prouideas diligenter , ne quando tua  
 culpa, à quo tantopere diligenter, repudiata, turpius con-  
 fundaris. Item quum & columbæ candidissimæ as-  
 mileris : caue ne nigerrimum transformeris in coruū.  
 Et quando etiam porta domini clausa diceris: prospice  
 ne quis aperiat, ne quis irrumpat, præter dominum, pe-  
 nes quem clavis illa Davidica manet: qua aperit, et nez  
 mo claudit, claudit, & nemo aperit. Tu deniq; dum uir-  
 go es, dum intacta manes: tota pulchra es, tota speciosa  
 tota formosa: caue propterea, ne quid sit tibi in oculis  
 petulans, in ore procax, in gestu pudendū : sed ipse oris  
 habitus, atq; motus, incessusq; , atq; totius corporis spe-  
 cies simulachrum sit mentis, ac figura interioris pulchri-  
 tudinis: quæ neq; exteriori cultu, neq; adulterinis colori  
 bus, indiget . Hoc faciens tu quidem ex altaberis cum  
 angelis in coelū: si uero contra feceris (quod Deus auer-  
 rat) extrusa de numero prudētum demergeris cum dæ-  
 monibus in abyssum sempiternam: & quanto sublimior  
 fuerit ascensus tuus antea ad coelum, tanto perniciose  
 postea lapsus tuus erit ad inferos. Haec ad honestas, &  
 sanctas uirgines in præsenti dicta sufficiant : restat deinceps  
 in incestuosas , ac repudiatas à Christo adukeras  
 stilum uertere: ut pro integritate pudoris, quæ semel po-  
 dita reparari ultra nequit, integratatem mentis reddant:  
 quæ per penitentiam, & effusionem lachrymarum fa-  
 cile restituitur.

Inincestuosas uestales: qua poena afficerentur,  
 quum post professionem uirginitatis  
 redderentur incestæ. Cap. V.III.

Cant. 2

Ezech. 44

Apoch. 3a

DE SACRIS VIRG.

**S**ic ut ergo summo honore dignæ sunt , ac maxis  
melaudandæ honestæ, ac pudicæ uirgines , quæ  
ob Christi amorem nuptiarum solatia contem  
plerunt: sic contra seuerissime puniendæ , quæ uiolata  
fide sponsonis, et deposito pudore foedis libidinibus  
inhiant . Atque quanto magis lætandum , gratulano  
dumq; est illis , quæ carnem , mutundum , et diabolum  
superarunt: tanto contra grauius dolendum sup his, quas  
foeda , ac sacrilega libido prostravit . Proh dolor q  
peruersa mutatio , eam scilicet uirginem , quæ nuper  
uocitabatur domini templum, & habitaculum spiritus  
sancti , flosq; & lily & eiusmodi dignis admodum  
nominibus (ut nuper dicebam) mox factam esse senti  
nam omnium immundicarum , abyssum peccatorum,  
atram fuliginem inferni , stipulam aridam , spinam leta  
lem : & de uirgine sacra impudicissimum scortum : de  
sponsa Christi , repudiata adulteram , nuper , dum  
Incorrupta mansit , sanctis angelis , modo corruptam  
reprobis spiritibus comparandam : quippe quæ ceu  
quondam Sathanas ab angelica celitudine in profun  
dum deciderit inferoru : ut iam non sponsa domini , sed  
dæmonis concubina merito sit dicenda , tanto deterior  
effecta meretricibus corrupta , quanto antea præstabat  
meretricibus uirgo . Leua in directum oculos tuos  
(inquit propheta ) & uide ubi prostrata sis , & q uilis  
facta nimis iterans uias tuas . Q uid enim est aliud ab  
negare uirginitatis sponsonem & q mentiri Deo patri &  
repudiare Dei filium & reiicere à se spiritum sanctum &  
ac deniq consecratum Christo templum foedo cultu  
demonum profanare, & in lupanar conuertere . Legis  
mus antiquos Romanos licet falsa superstitione teme  
rantur, suas tamen olim uirgines , quas ipsi ueftales ap  
pellabant , tanta reuerentia , ac tantis honoribus pse qui  
solitos : ut nihil eis esset in rebus humanis , aut diuinis,  
uel angustius , vel sanctius , q sancta , atque impolluta

L I B E R P R I M V S.

15

castitas uirginalis . Contra uero summo odio , atque etiam suppicio consuesse prosequi incæstas , & molles . Nam (quod horribilius esse non poterat ) uiuæ, uidentiq; funere indicto : feretro uiuentem uti mortua efferebant : amicis atque cognatis triste funus luctu miserabili prosequentibus . Vbi uero ad portam Collinæ uentum erat , statim infœlicem illam , atque misellam foeminam , pontifex suus specu subterraneo deponebat: & concceptis uerbis arcana quædam precatus , ex templo sese auertebat : & tunc qui parati erant humum certatim super eam nequicquam clamantem & miserae biliter eiulantem iniicjebat , uiuam in ultiōnem uolatae uirginitatis humantes .

Q uam grauiter delinquant uirginitatem uouentes , si se corrupti finant . Cap. IX.

T R iste sanè & ualde lachrimabile spectaculum attamen dignum , & æquum tanto flagitio . Mihi tuis quidem nunc agitur cum incestuosis : & si expediret fortassis ad custodiendam uirginitatem , ut nunc quoque eiusmodi flagitia simili suppicio puniuntur : caueret sanè puellæ magis , ac discenter modestius agere suppicii horrore perterritæ . Acerbitas enim usciscendi maleficij , rectius , cautiusq; uiuendi improbis disciplinam præstat . Non sunt hæ quidem uestæ , aut Diana , aut ulli uano deorum , dearum uegentilium cultui destinatae : sed Christo Deo uero , & deorū Deo diuinitus consecratae : neque etiam ad Gamelii Iouis aram , uocatis Hymeneo , & Talasso falso gentilium diis , nec nefandę Veneris , Iunonisve pronubæ auspiciis aut gratiarum fauoribus nuptias pepigerunt : neque in cubiculis , aut ante geniales toros , sed coram omnipotenti Deo in sacratissimis templis , iuxta aram summi Dei , accensis lampadibus , solenni cæremonia cum summa religione , quælibet quasiregina coronata sumo